


Joachim Lindemann

**Viri ... Dn. Johanni Kleinio, U.I.D. famigeratissimo, & Consist: Ducalis Advocato ordinario ... Acerbum funus, Suavissimae, dum viveret, unicaeque Filiolae, Helenae Elisabethae, nunc eheu! desideratissimae, lugenti : [Dabam festimanter e Museo D. XV. Apr. A. M. DC. XCI.]**

Rostochi[i]: Richelius, [1691]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771257201>


Druck Freier  Zugang




Weiss, G.,

in H. E. Klein.

R. 1691.







VIRO

Nobilissimo, Consultissimo, Clarissimo,  
DN. JOHANNI KLEINIO,

U. J. D. famigeratissimo, & Consist: Ducalis  
Advocato ordinario celeberrimo, Fautori suo Honoran-  
do, & Amico æstumatissimo,

Acerbum funus, Svavissimæ, dum viveret,  
unicæqve FILIOLÆ,

HELENÆ ELISA-  
BETHÆ,

nunc eheu! desideratissimæ, lugenti,

S. P. D.

*Solatiumq; à Patre solaminum enixe precatur,*

M. JOACHIMUS Lindemann/

D. Mar. Archi-Diaconus.



ROSTOCKI,

Typis JACOBI RICHLI, Ampliff. Senat. Typogr.



*Umani generis Delicias, JESUM RESURGENTEM* dū sacræ loqvuntur Cathedræ, *castissimi Thori Delicias*, præcoci sed beato fato, Tibi ereptas, cū Amplissima Familia doles. Perculit, crede, inopinatum nuntium, animum sacris ceteroqvi meditationibus intenti, ut renitente, qvi lugubria scribere jubebatur, calamo, vix hæcæ lineas affectum testaturas, ducere qviverim. Acriorem esse doloris sensum, fateor, post blandientis hæcæ fortunæ delinimenta. Filiam scilicet susceperas & *Nobiliss. Matre*, margaritifæræ conchæ simillima, qvæ intra gremium illam mirifici splendoris gemmam complexa erat, jure igitur, ceu nobile Conchylium sua prole superbiebat. Unica hæc satis erat: *Satis una decori*, qvam si habuisset *Romana Cornelia*, istâ magis qvam aureis murenulis, exquisitis gemmis, totoqve

(a) *Valer.* mundo muliebri gavisa fuisset. (a) *Splendidiora omnia Max. Lib.* reddidisset Nata, ceu *Rudolphi Agricolæ* distichon habet:

4.

*Magne quidem meritisq, tuis pietate fideq,  
Quis neget? at Nata hæc splendidiora facit.*

Spem siquidem de illa conceperas non fore degenerem, qvæ & Christo per Baptismum insita fuerat, & Virtutes Parentum velut hæreditario Jure congenitas, possessura videbatur. Sed jacet, proh! hæc in herba messis, è cuius langvore Te quoqve langvorem contraxisse conspicimus. Ergone igitur illico plus incommodi mali-  
que

que sequi debuit, quia boni quid obtigit? Lubrica admodum vita nostra est, & vitro aut evanidæ bullæ comparanda, quæ dum splendet frangitur. *Volbitur hic perpetuo Vanitatis cyclus, in quo nemini mortalium in excentrico habitare datum est.* Felix tamen hæc beata revolutio, si quid Sancto Patri credimus (b) *Omnia enim in statum redeunt cum abscessere, omnia incipiunt cum desiere; Ideo finiuntur ut fiant, nihil deperit nisi in salutem.* Fuit, esto, Scitissima Filiola, non fuit sed est, nos quoque sumus quidem sed non erimus. Si communis mundo rogo superest ossibus misturus astra, ut Poetam non latuit (c) nos quoque aliquando in cineribus dormitabimus. Affectus quidem vester, *Optimi Parentes!* tener fuerat erga tenebrem, sed DEI tenerrimus erga tenerrimam, qui corporis ergastulo felicem animulam quantocyus solvere paternè decrevit. Impavidum itaque Te, *Vir Consultissime,* ferient ruinæ, cogitantem, non mirum esse illud mori corpusculum, in quo mille mortis reperiuntur latibula. Quæ nam est quæ Tibi erepta? Filia. quæ profapia? sera ex Adami purpura Neptis. quæ Patria contigit? Mundus. quæ fama? fumus. quæ ætas? punctum. quæ Meta? Mors. qualis Mors? vera vita. Mortem Filiæ pretiosam facient, non purpureæ exuviæ, non funebri pompa, non lugentes Cognati, non funereus Laudator, non defunctæ titulus marmore victurus, usquedum sua quoque lapidibus & saxis mors veniat, sed animus inter mortis minas imperterritus. *Benevixisse pulcherrimum omnium Epitaphium est.* (d) *Bene mortua, Tua, effugit, malè vivendi periculum.* O terque quaterque beatam! Gnatam nunc non amplius tuam, sed in Sponfi Christi thalamos auspiciatò traductam. Illa Te nunc, utut fandi nescia, crede, è capulo salutis, & longvum non tamen

(b) Tertulianus, de resurrectione

(c) Lucanum in Pharsal.

(d) Drexel. prodrom. æternit.



*Senec. in  
Epist.*

tamen æternum Vale dicit. Loqueretur, si loqui posset,  
in hanc sententiam. Transeundum! Valet *Pater Cha-  
rissimus cum Matre dulcissima.* Non hic querelis locus  
est. Immatura abiisse videor, sed nata, & antequam na-  
ta letho matura fui. Nata sum, finite, denascear. *Cerni-  
te animo longam praeuntium frequentiam, & sequentium,  
imo hac hora obeuntium catervam.* Mors itineris exitus.  
Excipit illam immortalis pax & æterna voluptas. Veni-  
et dies, quæ non lurida & egelida membra hæc, jam jam  
pheretro imponenda, sed immortalitate donatum cor-  
pus, & filiam verè vestram queatis exosculari. Quisquis  
igitur felicem resurrectionem pignoris sui sperat, nun-  
quam in obitu illius exspes est. Redde igitur, *Vir di-  
lecte DEO,* quod mutuò accepisti, hæc juris regula est.  
Redde cælo *Cæli depositum,* cum scenore in consumma-  
tione seculi restituendum. Gloriamur per Christum  
mortis fracta repagula, & feliciore omine quam olim  
Poëta, canimus.

*Noctes at-  
que dies  
patet atri  
Janua Di-  
tis.*

*Noctes atq; dies patet atri Janua Cæli.*

Huc Tu, sed ut sero fiat optamus, aliquando ad Filiolam  
evolabis. *Vivamus ut morientes, sic vivemus morituri.* Ser-  
vet interim *Sospitator summus,* Familiam Tuam Am-  
plissimam, damnumque novo augmento farciat Poten-  
tissimum Numen, cui in promptu est eloqui arduum  
illud:


*Pf. 90. 3.*

סוכו בני ארן

*Dabam festinanter & Museo  
D. XV, Apr. A. M. DC. XCI.*







GUSTAV KOCH  
Buchbinderei  
ROSTOCK.



nupero Palchali, & à Resurrectione Christi  
 cujus membra sumus, validissimum argu-  
 xi. Æterna in hisce verbis veritas est: *Resur-  
 gemus.* Quid ergo de nostrâ vel no-  
 medullitus amavimus, morte sumus solici  
 sine modo Ethnici, qui spe tantâ non nitur  
 surgemus saltim, sed cum incomparabili-  
 mus. Seminatur in corruptione, surget in  
 ne, seminatur in ignobilitate, surget in gl-  
 tur in infirmitate, surget in virtute, Q-  
 ter depositis sordidis lacerisque vestibus,  
 hæctenus, cubitum eat, si certus sit, se-  
 cturum, & novo splendidoque amictu  
 Quis non deserat libenter casam rusticam  
 latium sibi sciat paratum? Non contristatu  
 sementem facit, quia largam expectat  
 messem: ita non amittimus nostros, sed ter-  
 mittimus, messuri olim cum gaudio, qu-  
 lacrymis seminamus. Sic vos etiam Paren-  
 deponitis nunc filiolam vestram in sinum  
 in fideles Christi manus, cum gaudio ea-  
 do relumpturi. Non solebatis flere ac lu-  
 charissimum pignus hocce ingruente v-  
 suo concredebatis, & inter nutricis lem-  
 somniferos modos, ut cum Aufonio loq-  
 scere videbatis; & tamen non tam certi ex-  
 onis ejus sequenti die à somno, quàm certi  
 surrectionis ejusdem lætissimæ è sepulchro  
 à luctu surgere cessatis ultra, qui totos ha-  
 cupat. Sed brevissimis adhuc lineis, v-  
 perbrevis convenientibus, recensere be-  
 tis in vitam ingressum & egressum,

